



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

8. Septembris. 6. Idus.


urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

stabiliendâque Abbatia Igniacensi desudâsti: inde autem dissimulante magis, quàm probante BERNARDO, in Claramvallem reversus, qualem vi-

Ei di- *tz coronidem imposueris, ipse dulcissimus*
sertè S. *simus Parens stylo, utriusq; sanctimo-*
Bern. *niâ digno posteris consignavit. Cuius*
paren- *de ego nunc verbis te alloquor. Ecce!*
tat, *jam coram te est, Pater dulcissime, fons ille*
sermo- *puritatis, quem toto ardore animi sitiabas.*
ne in *Ecce! immersus es in illum Divinae pieta-*
eius *vis abyssum, cuius memoriam abundantie*
obitu. *suaritatis tam devotè eruere solebat.*
Loquere ad eum pro nobis verba consolatoria: ut delicta nostra corripiat modo in misericordia, nec differat in diem illum tremendum inexorabilis Iustitiæ suæ.

S. BERNARDUS, ser: de hoc B. Humb.

Levier *Scio ego, quia durum est homini dis-*
est pu- *luto apprehendere disciplinam; verbo-*
gna, *so silentium pati; vagari solito, stabi-*
quàm *lem permanere: sed durius, & multo*
posna. *durius erit, futuras illas molestias tolerare.*



8. Septembris. 6. Idus.

Moru- *B. WALTERE de Beaumont, sive*
isse vi- *de Pulchro monte, pie asceta monasterii*

nafterii Valcellensis. De illo nimirum ^{detur}
 eras numero, quos Servator noster se- ^{circa}
 orsum à turba ductos in montem, cœ- ^{annum}
 lesti sapientiâ instruxit, docuitque vi- ^{1200.}
 vere verè beatos: pauperes scilicet, cor-
 de mundos, charitate ferventes, pati-
 entiâ invictos. Per hos arduos vitæ as-
 ceticæ gradus ascendisti ad montes æ-
 ternæ felicitatis. Eandem ego præ oculis
 meis viam habeo, quam tu emensus es: ne
 autem vel aliquo errore à recto tramite se-
 ducar, vel lassitudine deficiam, tu mihi ro-
 bur & lumen è cælo submitte.

B. ALPHONSE, Converse ex Hi- ^{Obijt}
 spania: qui cum Abbate tuo ad Comi- ^{anno}
 tia Generalia profectus in Cistercium, 1167.
 conspecto Clarævallensi monasterio,
 DEUM intimo cordis affectu precatus ^{Mori o-}
 es, ut tibi in tam sacro, tot suspiriis de- ^{ptat in}
 siderato loco mori liceat. Nec defuit Clara-
 piæ voluntati Bonitas divina. Illico e- ^{valle.}
 nim te adorta febris non antè deseruit,
 quàm ex Cistercio reversi Præsules te
 exultantem, spectaverunt è Valle hu-
 mili ad celsissima cœlorum fastigia e-
 volantem. Deum facturum esse volun-
 tatem timentium se, jam olim promisit: cui
 sancto timori si & ego studuero, non erit,
 cur mortem timeam.


S. BERNARDUS, hom. 3. sup. Miss.

Kk 5

In solis

Con-
cordia
volun-
tatis
huma-
næ cum
Divina.

In solis bonis Deus ita est, ut etiam sit cum ipsis, propter concordiam voluntatis. Nam dum suas voluntates ita justitia subdunt, ut Deum non dedecent at velle, quod ipsi volunt: per hoc quod ab ejus voluntate non dissentiunt, Deum sibi specialiter iungunt.



9. Septembris. 5. Idus.

Obijt
anno
1400.

Christi
dolores
piè me-
ditatur

B. VIOLANTIA, Aroucæ in Hispaniis Abbatissa: quæ juxta sacrae Regulæ monitum, nihil Operi Divino præponens, indefesso studio illud ad decorem atq; gravitatem promovisti. Contemplationi sacratissimæ Passionis Dominicæ singulari affectu dedita, acerba illius arma multis lacrymis rigare solebas. Hanc tui cordis pietatem omnes alumnæ ad eò imbibere, ut tot vivas tuarum virtutum imagines post se reliqueris, quot filias. Tumulus tuus peregrinum, è cælo nempe accersitum, odorem emittit: in quem quisquis sese miseria aliqua oneratus prosternit, liberationis lætitiâ reportat. Præservat ab animi morbis, eosque sanat serius sepulchri aspectus: nec sanè horribilem illam foveam metuet, qui semper metuet.

B. GUILI-